LITVRGIA SCOTICA

ANGLICE ET LATINE

Tradita
Collecta
Promulgata

THE EPISCOPAL CHURCH IN SCOTLAND

EVANGELICAL TRUTH AND APOSTOLIC ORDER

A
"FRA ASCENSIONE"

MCMLXII

by Econoprint Limited, 19 Albany Street, Edinburgh.

THE

SCOTTISH LITURGY

commonly called

THE

SCOTTISH COMMUNION OFFICE

WITH A LATIN VERSION TRANSLATED FROM THE PRAYER BOOK APPROVED BY THE PROVINCIAL SYNOD OF 1929 FOR GENERAL USE OF THE EPISCOPAL CHURCH IN SCOTLAND.

(THE ALTERNATIVE PASSAGES APPROVED IN 1961 ARE INCLUDED)

Translated
Compiled
and now
offered to all and sundry
by "Fra Ascensione."

Hallowe'en 1962

LITURGIA SCOTICA

vulgo

Officium · Communionis · Scoticum

appellata,

nunc Latine · reddita

e · libro · a · Synodo · Provinciali · approbato

A. D. MCMXXJX

ad · usum · universum

Ecclesiae Episcopalis · in · Scotia.

(Alternae lectiones A.D. MCMLXI approbatae, sunt additae.)

In Vigilia Omnium Sanctorum

A.D. MCMLXII

INTRODUCTION

Collect for Purity ...

(Let us pray)

Almighty God,
unto Whom all hearts be open,
all desires known, and
from Whom no secrets are hid,
cleanse
the thoughts of our hearts
by the inspiration of Thy Holy Spirit,
that we may perfectly love Thee
and worthily magnify
Thy Holy Name,
through Christ our Lord.
Amen.

the Kyrie

Lord have mercy upon us.
Lord have mercy upon us.
Lord hav mercy upon us.
Christ have mercy upon us.
Christ have mercy upon us.
Christ have mercy upon us.
Lord have mercy upon us.
Lord have mercy upon us.
Lord have mercy upon us.

[*(1.) When said or sung threefold, the wording of each of the petitions is as above; when ninefold, the words "upon us" are usually omitted; and the Greek words shown opposite may be used instead.
(2) The New Testament summary of the Law into two commandments is on page 77; and the Ten Commandments on pages 79. 81.]

EXORDIUM

Oratio pro cordis munditia.

(OREMUS)

Omnipotens·Deus,
Cui·omne·cor·patet,
et·omnis·voluntas·loquitur,
et·Quem·nullum·latet·secretum,
purifica
per·infusionem·Spiritus·Sancti
cogitationes cordis·nostri
ut · Te·perfecte·diligere
et·Sanctum·Nomen·Tuum·digne·laudare
mereamur
per· Christum·Dominum·Nostrum.
Amen.

Kyrie Eleison.

Kyrie eleison,
Kyrie eleison,
Kyrie eleison.
Christe eleison,
Christe eleison,
Christe eleison.
Kyrie eleison,
Kyrie eleison,
Kyrie eleison.

[Duo manda^te Novi Testamenti / et Decem mandata Veteris Test^mti } scripta sunt in paginis 76.78.80]

Collect.

The LORD be with you.

℟. And with Thy Spirit.

Let us pray.

[The Collect for the Day.]

THE MINISTRY OF THE WORD

Epistle.

The Epistle* is written in the ... Chapter of ... beginning at the ... Verse.

[The Epistle* for the Day]

Here endeth the Epistle*

Gospel

(The LORD be with you.

℟. And with Thy Spirit.)

† The Holy Gospel is written in the ... Chapter of the Gospel according to ... beginning at the ... Verse.

✝

✝ Glory be to Thee, O LORD. ✝

[The GOSPEL for the Day.]

Thanks be to Thee, O LORD,

for this Thy Glorious Gospel.

[* Or "Lesson"]

[† or "the Beginning of..." or "the Continuation of the Gospel according to ..."]

Collecta

Dominus · vobiscum,

℟. Et cum · spiritu · tuo.

Oremus

[Collecta · de · die]

ADMINISTRATIO VERBI

Epistola*

Epistola* · scripta · est · in · Capitulo ... et · incipit ad · versum ...

[Epistola* de Die]

Hic explicit epistola*

Evangelium

(Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tuo.)

† Sanctum · Evangelium · scriptum · est · in ... Capitulo Evangelii · secundum ... et · incipit · ad · versum ... †

✝

GLORIA ✝ TIBI ✝ DOMINE

[Evangelium de die]

GRATIAS · TIBI · DOMINE

PROPTER · ISTVD · GLORIOSVM · EVANGELIVM TVVM.

[* vel "Lectio"]

[† vel "Sequentia (aut initium) Evangelii secundum ..." †]

The Nicene Creed *

[(I BELIEVE
IN·ONE·GOD,
THE·FATHER·ALMIGHTY
Maker·of·Heaven·and·earth,
and·of·all·things·visible·and·invisible:

and·in·one·Lord
JESUS·CHRIST
the·only-begotten·Son·of·GOD
begotten·of·His·Father·before·all·worlds,
God·of·God,
Light·of·Light,
Very·God·of·Very·God,
Begotten·not·made,
being·of·one·substance·with
the·Father,·by·Whom·all·things·were·made;

Who·for·us·men·and·for·our·Salvation,
came·down·from·Heaven,
AND WAS·INCARNATE
BY·THE·HOLY·GHOST·OF·THE·VIRGIN·MARY
AND·WAS·MADE·MAN;

and·was·crucified·also·for·us.
Under·Pontius·Pilate,
and He·suffered
was·buried.

[*The CREED may be omitted except on Sundays,]
and Red Letter Days.

Symbolum Nicaense.*

[(CREDO
IN VNVM DEVM
Patrem Omnipotentem
factorem cœli et terrae,
visibilium omnium et invisibilium;

et in unum Dominum,
Jesum Christum,
Filium Dei unigenitum
et ex Patre natum ante omnia saecula,
Deum de Deo,
Lumen de Lumine,
Deum Verum de Deo Vero,
Genitum non factum, consubstantialem Patri,
per Quem omnia facta sunt;

Qui propter nos homines, et
propter nostram salutem, descendit de cœlis
ET·INCARNATVS·EST
DE·SPIRITV·SANCTO·EX·MARIA·VIRGINE·ET
HOMO·FACTVS·EST.

Crucifixus etiam pro nobis.
Sub Pontio-Pilato
Passus
et Sepultus est.

*
[Licet omittere "CREDO," nisi Diebus Dominicis,]
et Festis per annum observandis.

and · the · third · day
He · Rose · again
according · to the · Scriptures,
and · Ascended · into · Heaven,

and · sitteth · on the · right · hand · of the
Father;
and · He · shall · come · again · with · glory
to · judge · both · the · quick · and · the · dead,
Whose · kingdom · shall · have · no end.

And I believe in
The · HOLY GHOST
the · Lord, the · Giver of Life,
Who · proceedeth · from the · Father · and the · Son,
Who · with · the · Father · and the · Son · together
is · worshipped · and · glorified,
Who · spake · by · the · Prophets.

And · I · believe
One · Holy · Catholic · and · Apostolic · Church.
I · acknowledge
One · Baptism · for the · Remission · of · Sins.
And · I · look · for the ·
· Resurrection · of · the · dead,
and · the · life · of · the · world · to · come.

Amen.)]

Et · Resurrexit
tertia · die · secundum · scripturas,
et · Ascendit · in · coelum,

et · sedet · ad · dexteram · Patris
et · iterum · venturus · est · cum · gloria
judicare · vivos · et · mortuos:
Cujus · regnum · non · erit · finis.

Et · in
Spiritum · Sanctum,
Dominum · Vivificantem,
Qui ex · Patre · Filioque · procedit,
Qui cum · Patre · et · Filio · simul ·
adoratur · et · conglorificatur,
Qui · locutus · est · per · prophetas.

Et · in Unam · Sanctam · Catholicam · et · Apostolicam
Ecclesiam,
Confiteor · unum · Baptisma · in · remissionem · peccatorum.
Et · exspecto · Resurrectionem · mortuorum
et · vitam · venturi · saeculi.

Amen.)]

THE·OFFERTORY

Let us present our offerings
to the LORD
with reverence and godly fear.

[Here follows one (or more) of the Offertory Sentences.]

*

Blessed be Thou,
O LORD GOD,
for ever and ever.
Thine, O LORD, is the greatness,
and the glory, and the victory, and the majesty;
for all
that is in the heaven and in the earth
is Thine:
Thine is the kingdom, O LORD,
and Thou art exalted as Head above all;
both riches and honour come of Thee,
and of Thine own
do we give unto Thee. (I Chron XXIX)
Amen.

* [Here follows the Offertory, both of alms by the congregation; and by the Celebrant of the bread and wine prepared for the Sacrament.]

OFFERTORIUM

Oblationes nostras offeramus
Domino
cum reverentia pioque metu.

[Sequitur una, vel plures, ex sententiis ad offertorium assignatis]

*

Benedictus es,
Domine Deus,
ab aeterno in aeternum.
Tua est, Domine, magnificentia
et gloria atque victoria et majestas.
Cuncta enim
quae in coelo sunt et in terra
Tua sunt,
Tuum, Domine, regnum,
et Tu es super omnes principes:
Tuae divitiae et Tua est gloria; et
quae de manu Tua accepimus,
dedimus Tibi. (I Chron. XXIX)
Amen.

* [Sequitur Offertorium et a populo eleemosynarum, et a Sacerdote panis et vini ad Sacramentum preparati.]

Here begins
The CANON

THE CONSECRATION

Preface

The · LORD · be · with · you.

℟. And · with thy · spirit.

Lift · up · your · hearts.

℟. We · lift · them · up · unto · the · LORD.

Let · us · give · thanks · unto · our · LORD · GOD.

℟. It · is · meet · and · right · so · to · do.

It · is · very · meet, right · and · our · bounden · duty, that · we · should · at · all · times · and · in · all · places Give · thanks · unto Thee. O · LORD · HOLY · FATHER · ALMIGHTY · EVERLASTING GOD

Preface proper to the day or season, if any be appointed.

Therefore with Angels and Archangels and with all the company of Heaven we laud and magnify THY GLORIOUS NAME evermore praising THEE and saying:-

Hic incipit CANON

CONSECRATIO.

Sursum.

Dominus · vobiscum

℟. Et · cum · spiritu · Tuo

Sursum · corda

℟. Habemus · ad · Dominum

Gratias · agamus · Domino · Deo · nostro

℟. Dignum · et · justum · est

Vere · dignum · et · justum · est, æquum · et · salutare debitumque · nostrum · officium nos · Tibi · semper · et · ubique · gratias · agere, DOMINE · SANCTE · PATER · OMNIPOTENS · AETERNE DEUS

[Præfatio · propria · de · Tempore · si · quae · sit · assignata]

et · ideo cum · angelis · et · archangelis cumque · omni · militia · cælestis · exercitus GLORIOSUM · NOMEN · TUUM laudamus · et · magnificamus et hymnum · GLORIAE · TUAE · canimus sine · fine dicentes:

The Sanctus.

[Presbyter cum populo.]

HOLY —— HOLY —— HOLY

LORD GOD OF HOSTS.

HEAVEN and EARTH

ARE FULL

OF THY GLORY.

GLORY BE TO THEE

O LORD MOST HIGH.

([Amen.])

Benedictus

Blessed is He

that cometh

in the name of the Lord.

Hosanna in the Highest.

Sanctus

[Sacerdos cum Populo.]

SANCTUS · SANCTUS · SANCTUS

DOMINUS · DEUS · SABAOTH

PLENI · SUNT

COELI · ET · TERRA

GLORIA · TUA:

GLORIA · TIBI

DOMINE · ALTISSIME.

([Amen.])

BENEDICTUS.

BENEDICTUS

QUI · VENIT · IN · NOMINE · DOMINI.

HOSANNA · IN · EXCELSIS.

All
glory and thanksgiving be to
Thee, Almighty GOD, our Heavenly Father,
for that Thou, of Thy tender mercy,
didst give Thine only Son, Jesus Christ,
to suffer death upon the cross
for our Redemption,
Who, (by His Own
Oblation of Himself once offered) made
a full, perfect and sufficient
Sacrifice, Oblation and Satisfaction
for the sins of the whole world;
and did institute, and, in His holy gospel,
command us to continue
a perpetual memorial
of that His precious
Death and Sacrifice
until His coming again.

Omnis ·gloria ·et·gratiarum·actiones·Tibi,
Omnipotens·Deus ·Pater·noster·Cœlestis,
quia·Tu, pro·misericordiæ·Tuae·pietate,
unicum·Filium ·Tuum, Jesum·Christum, dedisti,
ut·mortem·in·Cruce·pateretur·pro·nostra
Redemptione:
qui,
(Sua ·Ipsius·oblatione ·semel·facta)
plenum·perfectum·et·sufficiens
sacrificium ·oblationem·et·satisfactionem
pro·totius·mundi·peccatis
fecit;
et· instituit; et,
in·sancto·Evangelio·suo,
nobis· præcepit ·observare
memoriale
pretiosæ·mortis·Illius·et
sacrificii,
usque·dum·Ipse·rediret,
perpetuum.

Consecration

For
in the night that He was betrayed

of the Bread

He took bread
and
when He had given thanks
He brake it
and gave it to His disciples
saying
TAKE · EAT,
THIS · IS · MY · BODY
WHICH · IS · GIVEN · FOR · YOU.
DO · THIS
IN · REMEMBRANCE · OF · ME

Consecratio elementorum,

Nam
in · qua · nocte · tradebatur

Panis

accepit panem
et
Tibi · gratias · agens
fregit
deditque · discipulis · Suis
dicens
ACCIPITE ET MANDVCATE,
HOC · EST · CORPUS · MEUM
QUOD · PRO · VOBIS · DATUR.
HOC · FACITE
IN · MEAM · COMMEMORATIONEM.

and of the Wine

Likewise

after supper

He took the cup,

and

when He had given thanks,

He gave it to them,

saying

DRINK YE·ALL·OF·THIS

FOR THIS·IS·MY·BLOOD

OF·THE·NEW·TESTAMENT

WHICH·IS·SHED

FOR·YOU·AND·FOR·MANY

FOR·THE·REMISSION·OF SINS.

DO THIS

AS OFT AS YE SHALL DRINK IT

IN REMEMBRANCE OF ME.

et Vini

Simili·modo

posteaquam·cœnatum·est

accipiens·calicem

item

Tibi·gratias·agens

dedit·illis

dicens

BIBITE·EX·EO·OMNES

HIC·EST·ENIM·SANGUIS·MEUS

NOVI·TESTAMENTI

QUI·PRO·VOBIS·et·PRO·MULTIS

EFFUNDITUR

in·remissionem·peccatorum.

HOC·FACITE

quotiescumque·bibetis

IN·MEAM·COMMEMORATIONEM

The Oblation

Wherefore,
O Lord and heavenly Father,
according to the institution
of Thy dearly beloved Son, our Saviour,
Jesus Christ,
we, Thy humble servants,
do celebrate and make here
before Thy Divine Majesty,
with these Thy holy gifts which
we now offer
unto Thee,
the memorial
Thy Son hath commanded us to make,
having in remembrance
His blessed Passion, and precious Death,
His mighty Resurrection, and glorious Ascension
rendering unto Thee most hearty thanks
for the innumerable benefits
procured unto us by the same
and looking for His
coming again
with power and great glory.

Oblatio vel Ἀνάμνησις.

Unde·et·humiles,
Domine·Pater·cœlestis,
nos·Tui·servi,
secundum·institutionem
dilecti·Filii·Tui, Salvatoris·nostri,
Jesu·Christi,
hic; coram·divina·Majestate·Tua,
de·his·Tuis sanctis·donis·et·datis,
quae·nunc·offerimus
Tibi,
celebramus·et·observamus
illam
quam·observare·Filius·Tuus·nobis·præcepit.
memores·ejusdem memoriam,
beatae·Passionis·et·pretiosae·Mortis,
necnon·et·ab·inferis ·mirabilis·Resurrectionis,
sed·et·in·Cœlos·gloriosæ·Ascensionis;
Tibi ·gratias·agentes·ex·animo
propter·innumerabilia·beneficia
nobis·inde·collata, et
exspectantes Ipsum
cum·potentia·et·magna·gloria
rediturum.

The Invocation.

And we Thine unworthy servants
beseech Thee,
most merciful Father,
to hear us,
and to send Thy Holy Spirit
upon us and upon
these thy gifts and creatures of bread and wine,
that, being
blessed and hallowed by His life-giving power,
they may become
the BODY and BLOOD
of Thy most dearly beloved Son,
to the end
that all who shall receive the same may be
sanctified
both in body and soul,
and preserved unto everlasting life.

Continuation of Oblation

And we earnestly desire
Thy Fatherly goodness
mercifully to accept
this our sacrifice of praise and thanksgiving,
most humbly beseeching Thee to grant that
by the merits and death

Invocatio vel Ἐπίκλησις.

Et nos, Tui famuli indigni,
supplices Te rogamus,
Pater omnium misericordiarum,
nos exaudias, et
Spiritum Sanctum Tuum mittas
super nos et
super haec Tua munera et creaturas
Panis et Vini,
ut, benedicta et sanctificata
Vivificanti Ipsius Praesentia,
Fiant
CORPUS et SANGUIS
dilectissimi Filii Tui, et
omnis ea accipiens sanctus fiat
et corpore et anima
atque in vitam aeternam custodiatur.

Hic explicit invocatio. Sequentia Oblationis.

Intentius etiam
rogamus paternam Tuam bonitatem
ut hoc nostrum laudis et gratiarum sacrificium
benignus accipias,
humillime supplicantes ut
propter merita et mortem

of Thy Son Jesus Christ,
and through faith in His Blood,
we and all Thy whole Church
may obtain
remission of our sins,
and all other benefits of His Passion.

And here we humbly
offer and present
unto Thee, O Lord,
ourselves our souls and bodies,
to be a reasonable holy and living
sacrifice unto Thee,
beseeching Thee that all we who shall
be partakers of this Holy Communion
may worthily receive the
most precious Body and Blood
of Thy Son Jesus Christ, and
be fulfilled
with Thy grace and heavenly benediction,
and made one body with Him,
that He may dwell in us,
and we in Him.

Filii Tui Jesu Christi,
et per fidem in sanguine Ipsius,
et nos et Universa Ecclesia Tua
peccatorum remissionem
et cetera omnia Passionis Ejus beneficia
consequamur.

Et hic Tibi, Domine, humiliter
offerimus et exhibemus
nosmet ipsos,
animas et corpora nostra,
hostiam rationabilem Tibi
sanctam et viventem,
supplices Te rogantes ut nos, quotquot
hanc Sacram Communionem sumpserimus,
corpus pretiosissimum et sanguinem
Filii Tui Jesu Christi
digne accipiamus, et
gratia Tua et benedictione coelesti nos
repleamur,
et unum fiamus corpus cum Eo
ut Ipse in nobis habitet
et nos in Ipso.

And·although
we·be·unworthy
through·our·manifold·sins
to·offer·unto·Thee·any·sacrifice,
yet·we·beseech·Thee·to·accept
this·our·bounden·duty·and·service,
not·weighing·our·merits,
but·pardoning·our·offences,
through·Jesus·Christ·our·Lord,
by·Whom, and·with·Whom,
in·the·unity·of·the·Holy·Ghost,
all·honour·and·glory
be·unto·Thee,
O·Father·Almighty,
world·without·end.

Amen.

Et·quamvis
propter·multiplicia·peccata·nostra
non·digni·sumus
qui·ullum·sacrificium·Tibi·offeramus,
hanc·tamen·debitam·oblationem·servitutis·nostræ
non·æstimator·meriti
sed·veniae, quaesumus, largitor,
accipias,
per·Jesum·Christum·Dominum·nostrum
per·Quem·et·cum·Quo·sit
Tibi,
Pater·Omnipotens,
in·unitate·Spiritus·Sancti
omnis·honor·et·gloria
per·omnia·saecula·saeculorum.

Amen.

Either Prayer for the church.

* THE·INTERCESSIONS

Let us pray for the whole State of Christ's Church

Almighty and Everliving God,
Who by Thy Holy Apostle hast taught us
to make intercessions and to give thanks
for all men,
we humbly pray Thee
most mercifully to receive these our supplications
which we offer unto Thy Divine Majesty, beseeching Thee
to inspire continually the Universal Church
with the spirit of truth, unity and concord;

and grant that
all they that do confess Thy Holy Name
may agree in the truth of Thy Holy Word,
and live in unity and godly love.

We beseech Thee also to save and defend
all Kings, Princes and Governors,
and especially Thy servant
Elizabeth our Queen
and all who are put in authority under Her
that we may be godly and quietly governed.

* [Or the Second Shorter Litany may be used in place of this Prayer. The Litany is on pages 82 84 86.]

Vel Oratio pro Ecclesia.

* INTERCESSIONES

Oremus pro Universo Statu Ecclesiae Christi

Omnipotens·sempiterne·
Deus,
Qui·per·sanctum·Apostolum·Tuum
nos·docuisti·facere
intercessiones·et·gratiarum·actiones
pro·omnibus·hominibus,
supplices·Te·rogamus·
ut clementer·has·preces·nostras·exaudias
quas offerimus·Divinae·Majestati·Tuae
supplicantes·ut
spiritum· veritatis·unitatis·concordiae
Catholicae·Ecclesiae·Tuae·perpetuo·inspires.

Et·præsta·ut
omnes·qui·sanctum·nomen·Tuum·confiteantur
in·sancti·verbi·Tui·veritate·consentiant, et
in·unitate·et·pia·caritate·concordes·vivant.

Insuper·Te·rogamus
ut·omnes·Reges·Principes·Gubernatores
salvos·facias·et·defendas.
et·praecipue·famulam·Tuam·Elizabetham·Reginam·nostram
et·omnes·sub·ea·praefectos,
ut·pie·et·tranquille·gubernemur.

*[In loco hujus orationis Secundam Litaniam Breviorem recitare licet. Vide p. 83]

(Prov. Syn. MCMLXI)

Give grace, O heavenly Father,
to all Bishops, Priests and Deacons,
and especially to Thy servant [N...] our Bishop,
that they may, both by their life and doctrine,
set forth
Thy true and living word,
and rightly and duly administer
Thy Holy Sacraments.

---

and to all Thy people give Thy heavenly grace,
and especially to this congregation here present,
that they may hear and receive Thy Holy Word,
truly serving Thee in holiness and righteousness
all the days of their life.

We most humbly beseech
Thee, of Thy goodness, O Lord,
to comfort and succour all those
who ____ in this transitory life ____ are in
trouble __ sorrow __ need __ sickness
or any other adversity.

Da gratiam, Pater Cœlestis,
omnibus· Episcopis· Presbyteris· Diaconis,
et· praecipue· Famulo· Tuo, [N...] Episcopo· nostro
ut tam vita quam· doctrina· sua
verum· vivumque· verbum· Tuum
annuntient,
et· sancta· Tua· sacramenta· recte· et· rite
ministrent.

Et· universo· populo· Tuo· tribue· gratiam· Tuam· cœlestem
et· praecipue· huic· congregationi· praesenti,
ut audiant· et· accipiant· sanctum· verbum· Tuum
et Tibi· fideliter· serviant· in· sanctitate· et· justitia
omnibus· diebus· vitae· suae.

Supplices· etiam· Te· rogamus· Domine
ut, pro· bonitate· Tua, eos· omnes· consoleris· et· adjuves
qui· in· hac· temporali· vita
tribulatione· mœstitia· inopia· morbo
aliisve· rebus· adversis
laborant.

We commend
to Thy gracious keeping, O Lord,
all Thy servants departed this life
in Thy faith and fear,

+

beseeching Thee to grant them
everlasting light and peace.

And
we yield unto Thee
most high praise and hearty thanks
for the wonderful grace and virtue
declared in all Thy saints,
who have been the choice vessels of Thy grace,
and the lights of the world in their several generations, *
beseeching Thee to give us grace
to follow the example of
their steadfastness in Thy faith,
and obedience to Thy holy commandments,

---

*Commemoration.

(and chiefly in the Blessed Virgin Mary,
Mother of Thy Son, Jesus Christ, our Lord and God,
and in Thy Holy Patriarchs, Prophets,
Apostles and Martyrs,)
[beseeching Thee to give us grace ... etc.]

Commendamus
protectioni·Tuae·clementissimae
Domine
omnes·servos·Tuos
in·fide·et·timore·Tuo

+

defunctos
obsecrantes·ut·dones·eis
lucem·perpetuam, aeternam·pacem.

Et·laudem·summam·et·toto·e·corde·gratias
Tibi·offerimus
propter·gratiam·miram·virtutemque
in·onibus·Sanctis·Tuis·praebitam·
qui vasa·electa·fuere·gratiae·Tuae
et luminaria·mundi·in·variis·ipsorum·saeculis·*
quorum·exempla·et·constantiam, in·fide·Tua·et
in·sanctis·mandatis·Tuis·servandis, Tu
nobis, Domine, quaesumus·supplices, sequi·concedas,

---

* commemoratio

*[et·praecipue·in·Beata·Maria·Virgine·Matre·Filii·Tui
Jesu·Christi·Domini·et·Dei·nostri; et·in·Tuis·sanctis
Patriarchis·Prophetis·Apostolis·Martyribus, ipsorum ...

that

at the day of the general resurrection,

we,

and all they who are of the

Mystical Body of Thy Son,

may be set on His right hand,

and

hear His most joyful voice,

"Come,

Ye blessed of my Father,

inherit

the Kingdom prepared for you

from the foundation of the world."

Grant this, O Father,

for Jesus Christ's sake,

our only Mediator and Advocate.

Amen.

ut

in die Resurrectionis universalis

nos

cum omnibus qui erunt membra

Corporis Mystici Filii Tui

a dexteris Ipsius statuamur

atque

istam vocem Ejus jocundissimam audiamus,

"Venite,

Vos benedicti Patris mei,

possidete

paratum vobis Regnum a constitutione

mundi."

Hoc Pater largiri digneris

propter Jesum Christum,

unicum Mediatorem et Advocatum nostrum.

Amen.

The LORD's PRAYER.

As our Saviour Christ hath commanded and taught us, we are bold to say:—

OUR FATHER WHICH ART IN HEAVEN

HALLOWED BE THY NAME.

THY KINGDOM COME.

THY WILL BE DONE IN EARTH, AS IT IS IN HEAVEN

GIVE US THIS DAY OUR DAILY BREAD.

AND FORGIVE US OUR TRESPASSES,

AS WE FORGIVE THEM THAT TRESPASS AGAINST US.

AND LEAD US NOT INTO TEMPTATION, BUT DELIVER US FROM EVIL.

FOR THINE IS THE KINGDOM THE POWER AND THE GLORY FOR EVER AND EVER.

Amen.

[Silence should here be kept during fraction and commixture]

Here ends the Canon.

Oratio Dominica

Sicut praeceptis · Salvatoris · nostri · Christi admoniti audemus · dicere :—

Pater · noster,

Qui · es · in · Coelis,

sanctificetur · nomen · Tuum :

adveniat · Regnum · Tuum :

fiat · voluntas · Tua · sicut · in · Coelo · et · in · Terra :

panem · nostrum · quotidianum · da · nobis · hodie,

et · climitte · uobis · debita · nostra

sicut · et · nos · climittimus · debitoribus · nostris,

et · ne · nos · inducas · in · tentationem

sed · libera · nos · a · malo,

quia · Tuum · est · regnum · potentia · et · gloria

in · saecula · saeculorum.

Amen.

[Sequuntur Fractio et commixtio; breve tempus tacendum est.]

[Hic finitur Canon].

[Pages 42 and 44 contain shorter authorised forms (Provincial Synod 1961) — as alternatives. For the full forms see pages 46, 48, 50.]

COMMUNION

The Pax.

V. The Peace of the Lord
be alway with you.

℟. And with thy Spirit

Beloved,
Let us love one another,
for love is of God.
(I John iv.7.)

Invitation. [For WEEK DAYS ONLY, this form of Confession and Absolution.]

Let us humbly confess
our sins
to Almighty God.

Confession.

We confess
to God Almighty,
the Father, the Son and the Holy Ghost,
that we have sinned
in thought word and deed,
through our own grievous fault.
Wherefore we pray God to have mercy upon us.

Prayer for Pardon.

Almighty God,
have mercy upon us,
forgive us all our sins and deliver us from all evil,
confirm and strengthen us in all goodness,
and bring us to life everlasting. Amen

[Sequuntur variae et breviores lectiones, permissae a Synodo Provinciali MCMLXI. Alterae iterantur in pagina XLVII.]

Pax

COMMUNIO

Pr. Pax Domini
sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. Carissimi,
diligamus invicem,
quoniam Caritas ex Deo est. (I Jo. iv. 7)

Invitatio [Licet uti hoc ritu Confessionis etc. nisi Diebus Dominicis]

Humiliter confiteamur
peccata nostra
Deo Omnipotenti.

Confessio

Confitemur
Deo Omnipotenti,
Patri, Filio et Spiritui Sancto,
quia peccavimus
cogitatione, verbo, opere
nostra culpa, nostra culpa, nostra maxima culpa.
Ideo precamur Deum
miserere nobis.

Oratio pro venia.

Deus Omnipotens,
miserere nostri,
dimitte nobis omnia peccata nostra,
libera nos a malo,
conserva et confirma nos in omni bono
et perduc nos ad vitam aeternam.
Amen.

Absolution

May the
Almighty and merciful
Lord
grant unto you
pardon and remission
of all your sins,
time for true repentance,
amendment of life,
and the grace and comfort of
the Holy Spirit.

Amen.

Absolutio.

Dominus
omnipotens et misericors
vobis concedat
absolutionem et remissionem
omnium peccatorum vestrorum,
tempus ad pœnitentiam veram,
emendationem vitae
et
gratiam et consolationem
Spiritus Sancti.

Amen.

The COMMUNION.

PAX

Pr. The Peace of the LORD
be with you all.
℟. And with thy spirit

Pr. Brethren,
let us love one another,
for love is of GOD.

Invitation *

[(Ye
that do truly and earnestly repent you of your sins,
and are in love and charity with your neighbours,
and intend to lead a new life,
following the commandments of GOD,
and walking from henceforth
in His holy ways,
draw near with faith,
and take this Holy Sacrament
to your comfort,
and make your humble confession
to Almighty GOD,
meekly kneeling upon your knees.)]

*[The Invitation may be omitted on week days.]

Pax.

COMMUNIO

Pr. Pax Domini
sit vobiscum omnibus.
℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. Fratres,
diligamus invicem,
quoniam caritas ex Deo est.

Invitatio. *

[(Vos
quos vere et serio peccatorum vestrorum
poenitet,
qui erga proximos veram habetis caritatem,
qui vitam novam instituere decrevistis,
mandatis Dei obsequendo,
et in via sanctitatis Ejus posthac ambulando,
cum fide accedite
ut hoc Sanctum percipiatis Sacramentum
ad vestram consolationem,
et, reverenter genuflexi,
humilem
vestram Deo Omnipotenti confessionem
facite.)]

*[Licet omittere hanc invitationem nisi in Dominicis]

Confession.

Almighty God,
Father of our Lord Jesus Christ,
Maker of all things,
Judge of all men,
we acknowledge and bewail
our manifold sins and wickedness,
which we, from time to time, most grievously
have committed,
by thought, word and deed,
against Thy Divine Majesty,
provoking most justly
Thy wrath and indignation against us.
We do earnestly repent, and are heartily sorry
for these our misdoings;
the remembrance of them is grievous unto us;
the burden of them is intolerable.
Have mercy upon us.
Have mercy upon us,
most merciful Father;
for Thy Son our Lord Jesus Christ's, sake
forgive us all that is past,
and grant that we may ever hereafter
serve and please Thee
in newness of life,
to the honour and glory of Thy Name,
through Jesus Christ our Lord.
Amen.

Confessio

Omnipotens Deus,
Pater Domini nostri, Jesu Christi,
Conditor omnium rerum, omnium hominum Judex,
confitemur et deploramus
multiplicia peccata et delicta nostra,
quae subinde impie admisimus,
cogitatione, verbo et opere,
contra Divinam Majestatem Tuam,
provocantes adversus nos
justissimam iram et indignationem Tuam.
Serio nos poenitet et ex animo dolemus
ob has praevaricationes nostras,
quarum
recordatio nobis acerba est; onus intolerabile.
Miserere nostri,
miserere nostri,
Pater misericors;
propter
Filium Tuum Jesum Christum, Dominum nostrum,
quod praeteritum est, nobis condona,
et concede ut
semper posthac Tibi in novitate vitae
serviamus et placeamus
ad honorem et gloriam Nominis Tui,
per Jesum Christum Dominum nostrum.
Amen.

Absolution

Almighty God, our Heavenly Father,
Who
of His great mercy
hath promised
forgiveness of sins
to all them who,
with hearty repentance and true faith,
turn unto him,
have mercy + upon you,
pardon and deliver you from all your sins,
+
confirm and strengthen you
+
in all goodness
and bring you to everlasting life,
through Jesus Christ our Lord.

Amen.

Absolutio

Omnipotens · Deus,
Pater · noster · coelestis,
qui
pro · magna · Sua · misericordia
peccatorum · remissionem · promisit
iis · omnibus · qui
ex · animo · pœnitentes · cum · vera · fide
· ad · Eum · se · converterint,
vestri + misereatur,
peccata · vestra · vobis · omnia · condonet,
ab · iisque · vos · liberet
confirmet + · et · roboret
in · omni + bono · et
perducat · ad · vitam · aeternam,
per · Jesum · Christum · Dominum · nostrum.

Amen.

The Comfortable Words. *

[(Hear what comfortable words our Saviour Christ saith unto all that truly turn to Him:

"Come unto me all ye that labour and are heavy laden, and I will give you rest."

"GOD so loved the world that He gave His only-begotten Son, that whosoever believeth in Him should not perish, but have everlasting life."

Hear also what Saint Paul saith:

"This is a faithful saying and worthy of all acceptation, that Christ Jesus came into the world to save sinners."

Hear also what Saint John saith:

"If any man sin, we have an Advocate with the Father, Jesus Christ the Righteous, and He is the propitiation for our sins".)]

* [May be omitted on Weekdays.]

Verba consolatoria *

